



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 110. Sanlucius Portæ novæ appropinquans, atque admissus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

§. CX.

Sæcul. XVI
A C. 1594.

Sanlucius Portæ novæ appropinquans, atque admissus.

Hora quinta matutino tempore Sanlucius cum primo regii exercitus agmine, quod præcedentis diei vespere Sandionyfopolin venerat, prope Tuilliarum hortum extra urbem comparuit, ibique tres ignitos globulos in aera evibrari jussit, hoc enim erat prædictum adventus sui signum, ubi Brissacus unacum face accensa illi colloquebatur, mox vero in urbem redux ad Mercatorum Præfectum accessit: postea autem ambo integram aperiunt portam, & Sanlucius copiis suis progredi jussis primus sclopetum dextera tenens Urbem cum suo agmine ingressus est, hinc inde centum delectis militibus juxta portam dispositis, quam Fabato Tribuno custodiendam commisit: ipse vero cum suorum quadringentis usque ad Crucis, ut vocant, quadri- vium penetrabat, cum interim aliud exercitus regii agmen sancti Michaelis pontem occuparet, ac Dous sancti Honorii portam sibi subjiceret.

Thuan. 83
Avil. l. c.

§. CXI.

Rex Parisios ingressus, & cum ingenti lætitia exceptus.

Dd 3

Postea